



9

THESES JURIDICÆ
 DE
 DEFENSIONE
 NECESSARIA, RENUN-
 CIATIONIBUS, ET EXCLUSIO-
 nibus Foeminarum in feudis: Ex jure
 Civili, Canonico, atq; Feudali,
 depromptæ.

1674, 2.

Quæ
 Auspice DEO:
Præside,

CLARISSIMO ET CON-
 SULTISSIMO VIRO, DN. CASPA-
 RO BITSCHIO J. U. D. et professore Pan-
 dectarum celeberrimo, Academia, pro tempore,
 Visitatore dignissimo, præceptore suo per-
 petua observantia colendo:

Publici exercitij gratia in incluta Argentoratensium Aca-
demia proponuntur et propugnabuntur
 ab

ELIA ZEIDLERO Laubâ - Lusato.

Mense Aprili.

ARGENTORATI,
 Excudebat JODOCUS MARTINUS,

Anno M. DC XIV.



ILLUSTRIBUS AC GENEROSIS
DOMINIS.

Dn: CHRISTOPHORO LEOPOLDO

Dn: GEORGIO ANDREÆ

Dn: SIGISMUNDO FRIDERICO,

Lib: Baronibus in Herberstain, Neuperg et *Guertzen*
haag, Dominis in Lancovitz, Pusterwald et *Anhalt*
Camerarijs et dapiferis hereditarijs Carinthia.

Dn: FRANCISCO LISZTIO,

Lib: Baroni in Köpchen, Kaboldtt, et Prellnkirchen
Domino in Somlio etc.

Dn: GREGORIO TRIBEL de Jaros et
Jwanowitz, Domino in Lipche etc.

Dominis suis Clementibus.

Offert et Consecrat

*Illust. Ipsor. Generos:
Subjectissimus*

Elias Zeidlerus, Laubâ Lufatus,
Auctor, et Respondens.

227.
EX JURE CIVILI

Textus in l. ut vim 3. ff. de justitia et jure.

1.

Defensio est instantis vel jam illatae vis atq; injuriae propulsatio: a) Estq; tum personalis, b) tum Realis, c)

a) l. 3. ff. de just. et jure. l. sed etsi. 5. pr. ad L. Aquil. l. 1. §. vim vi. de vi et vi armata. l. sed et partus 12. §. 1. ff. quod metus causa Gordianus Imperat. in l. 3. C. ad L. Corn. de sic. c. significasti. Extra. de homicid. l. 45. §. qui cum aliter. ad L. Aquil. Plato dialogo. 9. ff. de ll. Cicero lib. 1. Off. et lib. 2. de finib.
b) personalem dicimus cum quis a se, vel suis, & alijs vim propulsat.
c) realem vocamus cum quis sua bona tuetur, vim instantem, vel jam illatam, repellit, l. 1. C. unde vi.

2. Causam efficientem defensionis necessariae, aliam Remotam a) aliam Propinquam b) constituimus.

a) Et haec est jus gentium, l. 1. fin. l. 2. l. 3. ff. de just. et jure. l. 4. ad L. Aquil. l. 1. §. vim vi ff. de vi et vi arm. Et Livius inquit: Iure gentium ita esse comparatum, ut arma armis propulsentur: & Cicero pro Milone: Ipsius naturae vocem, & legem omnium gentium esse vim vi repellere licere. Nos autem non solum jure gentium, verum etiam Divino: Matth. 22. vers. 39. Levit. 19. vers. 18. Marc. 12. vers. 31. Canonico: c. significasti. 18. de homicid. c. 3. de sent. excom. Gail. 2. Obs. 110. n. 10. Naturali l. 1. §. 27. de vi et vi arm. l. 1. §. 11. si quad. paup. Civili l. 1. 2. 3. 4. ad L. Corn. de sic. l. 45. §. penult. ad L. Aquil. vim vi repelli posse, cum Dn. Obrecht in tract. de defens. necess. c. 4. n. 10. 11. 12. & seqq. affirmare non erubescimus. b) eaq; est vel agens, vel instrumentum agendi Dn. Obrecht. d. tr. c. 5.

3. Hinc unicuiq; vim vi repellere licet, a) etiam bannitis b) Et proinde si quis ob tutelam corporis sui, in continentia c) aggressorem interfecerit, omni jure id eum fecisse existimamus. d) quod ad defensionem pudicitiae etiam recte extenditur. e)

a) d. l. scientiam 45. §. qui cum aliter. 4. ad L. Aquil. d. c. significasti ext. de homicid. d. l. sed et parens. 12. §. queri, quod metus causa, et ceteris supra allegatis ll. b) defensio enim cum sit juris gentium, bannitis denegari minimè poterit, not. Bald. et Alex. in l. 1. et Bartolus in l. ex

A 2 facto

facto. 17. §. ex facto ad SC. Trebell. Gail. d. Observ. 110. n. 10. Dn. Obrechtus
c. 5. n. 20. & 11. c) l. quod est. 3. §. cum igitur. 9. l. qui possessionem. 17. ff. de
vi & vi arm. l. 1. l. 2. C. quomodo liceat unicuique. Cuiac. 5. Obser. 28. Bocerus
lib. 2. c. 10. de bello. d) d. l. 3. l. 4. C. ad L. Corn. de sic. d. l. 4. pr. §. 4. l. si ex
plagis. §. 1. ad L. Aquil. Boc. d. c. 10. Bodinus de repub. lib. 2. c. 5. Gail. 2.
Obser. 110. n. 9. Et absolvitur quis non solum jure fori, sed etiam
jure poli: Naturale namque jus est divinum c. 1. & 2. dist. 1. cum à
Deo nobis sit inditum. §. 11. Inst. de jure naturali, gent. & civili, & na-
turali jure aggressorem interficere licet c. jus naturale. 7. dist. 1. Imò
jus naturæ est rectæ rationis dictamen, & si recta ratio dicat, se-
quitur etiam eam sine peccato esse, & in foro poli permissam.
Dn. Obrecht. d. tr. c. 1. n. 29. e) l. 1. §. 4. ad L. Cor. de sic. Gail. 2. Obser
110. n. 5. & seqq.

4. Præterea adversus omnes, qui nos violentè & injuriosè
offendunt, sine omni respectu personarum defensio est concessa. a)
a) Nusquam enim reperitur distinctio, sed jura omnia simpli-
citer vim vi repellere indistinctè permittunt, ideo & nostrum non
erit distinguere. arg. l. de precio. 8. ff. de pub. in rem ad. modò etiam
servetur moderamen inculpatæ tutelæ.

5. Econtrariò verò ubi non est injusta & violenta offensio, non
locum habet defensio. a) Itaque liberis, avertendorum verberum
causa parentes offendere non conceditur: b) nec discipulis, præ-
ceptores: c) nec subditis, magistratum: d) nec fontibus, appa-
ritores, à quibus ad carcerem vel pœnam ducuntur: e) nec uxo-
ribus, maritos. f)

a) Nam ubi offensio est licita, ibi defensio est illicita. Semper
etiam vis & injuria præcedere debet. d. l. 3. ff. de just. & jure.
b) nullam namque vim & injuriam faciunt, dum suo jure utuntur
l. 3. C. de pat. potestat. Paterna tamen castigatio moderata esse debet
l. Divus Hadrianus. 5. ff. ad L. Pompeiam de parricid. An & parenti modum
in emendatione excedenti, filius poterit resistere? neg. cum Platone
lib. 9. de ll. persona enim parentum semper liberis honesta & sancta
esse debet l. 9. ff. de obs par. & patron. prest. c. non est nostrum. 25. q. 5.
Nov. 12. c. 2. ibi: nam licet ille contemptor & impius sit, pater tamè est,
cum ob delictum non desinat esse pater. Iura enim sanguinis nul-
lo pacto

lo pacto aboleri nulloq; jure dirimi possunt, l. jura sanguinis. ff. de R. I. Dn. Obrecht. c. 6. n. 15. & 16. c) quia castigatio ipsis est concessa l. sed eisi. 5. §. ult. ff. ad L. Aquil. modò non modum excedant, aliàs nimia sævitia præceptoris culpæ assignatur l. præceptoris 6. ff. ad L. Aquil. d) quia obædire magistratui, eumq; colere subditi tenentur l. 2. §. post originem. 13. de orig. juris. l. semper. 5. de jure immunit. l. non videntur. 167. §. qui jussu. ff. de R. I. Magistratus enim subditis patris loco est. Nou. 8. c. 8. nec vim violentam vel injuriosam infert, dum munere suo fungitur, d. l. 3. §. quod metus causa. l. quemadmodum. 29. §. magistratus, vers. si quid. ff. ad L. Aquil. l. iniuriarum. 13. §. 1. l. quod reipub. 33. ff. de iniuriis. modò non prætextu officij vel contra officium aliquè lædat: tali enim in casu non ut magistratus, sed ut subditus, & contra officium agit, & hanc vim jure repellimus, d. l. quemadmodum §. magistratus. l. nec magistratibus. 32. ff. de iniuriis. Dn. Obrecht. c. 6. n. 33. e) quoniam exsecutio juris ut non habet iniuriam d. l. 13. §. 1. ff. de iniuriis. ita nec vim d. l. 3. §. 1. ff. quod metus causa: Si verò non rectè suo funguntur officio, ut sæpissimè à levissimis illis hominib. fit, non sunt excusandi, sed gravissimè puniendi, Dn. Obrecht. d. tr. c. 6. f) Divino namq; & humano jure uxor marito obædire, reverentiamq; ipsi præstare cogitur. Gen. 3. Estr. 1. Ephes. 5. 1. Epist. ad Timoth. c. 1. 1. Pet. c. 3. l. 1. §. cum autem. 7. C. de rei uxor. act. l. alia. 14. in fin. solut. matr. Sed saltem de levi castigatione dicimus, alias durius & atrocius corrigere uxorem, l. consensu. 8. §. si qua igitur. C. de repud. prohibetur.

6. Cognitis his: de personis necessarijs nunc agamus, & patri, filium quidem defendere: a) nequaquam autem alios occidere licere dicimus: b) idem de filio emancipato: c) & vicissim, nec filio, alios propter vim patri illatam interficere permittimus: d) & hoc etiam de marito & uxore: e) affinibus & consanguineis: f) statuimus.

a) Quia paternus affectus omnes alios vincit l. isti quidem. 8. in fin. quod metus causa. l. ult. C. de curat. fur. Et fictione juris pater & filius sunt una persona l. ult. C. de imp. & alior. b) jura tantum de propria non aliena persona loquuntur d. l. 3. in verbo: ob tutelam corporis sui. ff. de just. & jure in l. 4. in pr. in verbo: insidiantem mihi cum l. seq. in verbo: se perentè & in l. 45. §. qui cum aliter in verbo: tueri se ff. ad L. Aquil.

A 3 in

in l. 2. in verbo: discrimine constitutus & in l. 3. in verbo: ad se venientem C. ad L. Corn. de sicar. concordat Clem. unic. de homicidiis in verbo: suum. Ratio etiam tantum de propria non aliena defensione loquitur. Dn. Obrecht. c. 7. n. 9. 10. c) Subiecto namq; negato accidens quoq; negatur. d) quia quod iuris est in uno correlativorum idem etiam in altero esse censetur l. non debet. 4. ff. de R. I. e) Homicidium enim non propter maximam affectionem, sed tantum ob tutelam propriæ vitæ, conceditur d. l. 3. in verbo: corporis sui. ff. de iust. & iure. f) quoniam ratio naturalis & jus gentium ob alienam defensionem eadem non admittit d. l. 3. de iust. & iure l. 4. ad L. Aquil. l. 3. C. ad L. Corn. de sicar.

7. Multo minus extraneis illud conceditur: a) defendere tamen eos, si possumus b) tenemur: c) & si pacti mercedem alicui succurrimus, mercedem jure exigimus. d)

a) Propter defectum textus juris. Erubescimus autem loqui absq; lege l. illam. 19. C. de collationib. b) quoniam propria caritas incipit a se ipso, & id alteri præstare quis tenetur, quod sibi non nocet d. l. 2. §. item. vers. quanquam de aqua & aqua plu. arcenda l. 2. in pr. ff. soluto matrim. c) quia unusquisq; de jure divino non minus proximum, quam se ipsum diligere debet Matth. c. 22. Marc. 12. Lucae 10. 11. Levit. 19. vers. 18. in c. inferenda cum seq. & c. ult. 23. q. 3. add: c. quantum. de sent. excom. c. sicut dignū §. ille etiam. de homicidiis. Et qui alterum non defendit culpa non vacat dum sine causa alterum deserit l. nullum cirmen. 109. & l. culpa caret. 50. ff. de R. I. l. omne delictum 6. in fin. de re milit. d) d. l. si pater. §. 1. & l. metum 9. §. sed licet. ff. quod metus causa.

8. Hodie verò penè in tota Germania ob defensionem illam tam personarum necessariorum, quam extraneorum, homicidium impunè committitur. a)

a) Hoc enim ipsum generaliter ab Imperatore Carolo V. in P. S. O. art. 142. & art. 150. constitutum est, quod approbat & Gail. lib. 2. obs. 110. n. 9.

9. A defensione personarum ad defensionem rerum accedimus: Et res nostras defendere: a) neminem autem propter illas interficere possumus: b) resistentem tamen, nosq; in periculum vitæ adducentem, interficere non prohibemur. c)

a) Cum

a) Cum bona sint secundus hominis sanguis, & ad vitam nostram conservandam media necessaria *gl. & text. in l. adrocati 14. in verbo: vitam. ubi not. Bald. C. de advoc. divers. iud.* Et sine his vita hominis periclitatur b) inter hominem namq; & bona magna est differentia, nullisq; ll. probatur homicidium ob defensionem rerum nostrarum licitam esse *arg. l. furem. 9. ad L. Corn. de sicar. c. 2. c. suscepimus. de homicidiis l. sancimus. C. de S. S. Ecclesiis. l. 1. §. cum igitur. ff. & l. 1. C. unde vi. Boc. 2. de bell. & duello c. 8. Cuiac. 14. obs. 15. c) hic non amplius de rebus, sed de proprii corporis salute agitur. d. l. 3. ff. de iust. & iure. l. 1. §. vim vi. l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi armata l. furem. 9. ff. ad L. Corn. de sic.*

10. Ad defensionem rerum etiam defensio famæ pertinet: a) quam etiam defendere non prohibemur: b) sed aliquem ob famæ læsionem interficere, vetamur. c)

a) Fama namq; est res aliqua incorporalis in dominio nostro existens, ut vult *Dn. Obrecht. in d. tr. c. 9. n. 3.* b) quisq; famam & incolumitatem suam salvam & integram conservare debet. Sic & Augustinus: *Crudelis est, qui confidens conscientiae, famam negligit c. non sunt audiendi. 11. q. 3. & c. nolo. 12. q. 2.* Et melius est mori quam vilipendi *Bald. conf. 212. coll. 1. lib. 4.* c) per *d. l. ut vim. 3. l. 1. & 3. C. ad L. Corn. de sicar. l. 1. C. ne quis in sua causa.* Vbicunq; enim ratio dispar habetur, ibi & dispar est ius *l. à Titio. 108. ff. de V. O.* In famæ verò & vitæ defensione dispar habetur ius *arg. l. quæ omnia 25. §. 1. ff. de procuratorib. & l. 38. §. penult. ff. ad L. Iul. de adult. Dn. Obrechtus d. tr. c. 9. n. 2. & seqq.* In primis cum quis iniuriam retorquere possit, vel actione iniuriarum vindicare *l. quæ omnis. 5. §. 1. ff. de procurat. & t. t. C. de iniur. Bodin. de repub. lib. 2. c. 7.*

11. Si plebeius plebeium, vel plebeius nobilem, vel nobilis plebeium, vel nobilis nobilem, iniuria afficit, verbis illatam iniuriam retorquere licet: a) Si quis autem se violenter defenderet, & alterū propter iniuriam illatam interimeret, non ordinaria, sed extraordinaria poena punitur. b)

a) Vbi enim sunt legitima media, non quærenda sunt illegitima, quoniam vel per retorsionem suam famam purgare potest, vel actione iniuriarum civili vel criminali ipsum convenire, non manu armata se defendere opus habet, per *d. l. scientiam. 45. §. qui cum aliter*

Aliter ff. quo timetur causa. Et huc facit textus c. 12. q. 1. c. 1. §. ad huc. et ibi
dem gl. in verbo: verba. b) quia causæ princeps dicitur is, a quo
malicia incepit. Iul. Clarus in com. opin. lib. 5. §. ult. pract. crim. quest. 6.
n. 18. In provocato enim non præsumitur dolus & animus occi-
dendi, sed potius necessitas defensionis c. 1. vers. si quis hominem. 2.
t. 27. Dn. Obrecht. d. tr. c. 12.

12. Omnis autem propulsatio, indeq; orta offensio alterius, in
moderamine inculpatæ tutelæ consistere, a) & in continenti, b)
atq; ad defensionem, non ad vindictam, fieri debet. c)

a) arg. l. 1. C. unde vi. b) l. 3. §. 9. ibi: sed confestim non ex intervallo,
& l. 17. ff. de vi & vi arm. l. sed etsi ex plagis 52. §. tabernarius ad L. Aquil.
l. nullus. 14. C. de iud. & coelico. & l. ut vim. 3. ff. de iust. & iure. Gail. 1. de
pac. pub. 16. n. 12. c) defensio usq; adeo ab offensione dependet, ut
ubi cessat offensio, nulla queat esse defensio Bart. in l. 1. in fin. verb.
tertium moderamen. C. unde vi. nisi recedat & vires resumat, nobisq;
timendum, ne rursus invadat.

13. Aequalitas armorum non requiritur, a) nec provocatus
primum exspectare ictum, b) nec fugere tenetur. c)

a) Defensor namq; propriæ salutis in nullo peccasse censetur
l. 3. C. ad L. Corn. de sic. & ea quæ potius ex casu accidentali, quam
dolo vel fraude contingunt, sato plerunq; non noxæ imputan-
tur l. 1. C. eodē, nullaq; lex reperitur quæ vim paribus armis propul-
sandam esse iubet. Dn. Obrecht. c. 11. n. 4. b) arg. d. l. 3. ff. de iust. & iur.
l. sed etsi 5. pr. ff. ad L. Aquil. Dn. Gothofred. ad l. 4. eodem. l. 3. 4. C. ad
L. Corn. de sic. l. 3. §. qui armati. ff. de vi & vi arm. Boc. de bello ac duello.
c. 30. n. 39. Dn. Obrecht. c. 10. n. 5. P. H. O. Caroli V. art. 49. ibi:
Es ist niemand mit seiner. Melius enim est intacta jura servare, quā
post causam vulneratam remedium quærere: ait Iustini. in l. fin. C.
in quib. causis restit. in integ. nec non est. l. 1. quando liceat unicuiq;. c) Qui
libet ad suam conservandam vitam & incolumitatem gladio jure
utitur. Num. 35. vers. 25. Psal. 10. vers. 8. Luc. 10. vers. 30. nec ratio na-
turalis contradicit l. 1. §. cum arietes. 11. ff. si quad. paup. sec. l. 1. §. vim
vi 27. ff. de vi & vi arm. c. ceterum. de re iud. c. ius naturale. 7. dist. 1. nec II.
politica prohibent. P. H. O. Caroli V. art. 49. ibi so einer einen
mit einem tödtlichen Wehr oder Waffen überlauft. d. l. 4. l. 45. §. 4. ad
L. Aquil. Dn. Obrecht. c. 10. n. 10. Gail. obs. 10. n. 15.

14. De

14. Defensioni locum non esse, nisi offensio adsit, supra diximus: hinc quæritur: Si Titius Sempronium provocet verbis huiusmodi minacibus: *Bistu ein redlicher Gesell vnd kein Schelm so kom zu mir heraus vnd wehre dich mein*: an provocanti parendum? non esse, a) nisi in causa publicæ utilitatis, b) concludo.

a) Quia monomachia non solum jure civili: *l. unic. C. de gladi* sed etiam jure Canonico prohibita est, *text. in c. monomachiam 22. causa 2. q. 5. c. 2. Ext. de purg. vulg*: nec provocatus ad huiusmodi duellum, in periculo vitæ est constitutus, *arg. d. l. 4. & d. l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. aut samæ, arg. D. H. O. Carol. V. art. 49. nec ulla dignitas sceleratissimi alicuius hominis maledictis læditur. arg. l. quæ omnia. 25. §. 1. de procurat. b) arg. c. 17. Samuelis. 1. n. 34. Bocerus c. 8. n. 17. & seqq.*

15. Duo dantur fines defensionis, tutela nimirum, & occisio aggressoris, a) inde quæritur: Si offensione durante, provocatus provocantem interficeret, an absolvatur? b) adfirmantibus ad stipulor.

a) Ideo defensor primò vim propulsat, ut se, suos, suaq; defendat, deinde animadvertens, se aliter tueri se, suos, suaq; non posse, quàm ut provocantem interficiat, jam præter intentionem primam eò dirigit defensionem, ut aggressorem interimat. b) quoniam durante offensione, non defensori modus præscribi potest quousq; se defendere debeat: ipsi enim incognitum est, quousq; offendens progredi velit. *Bocerus lib. 2. c. 10. n. 6. Dn. Obrecht. c. 12. n. 5.*

16. Effectus defensionis alius est principalis, a) alius accidentarius. b) Et defensor qui alterum interficit vel lædit, adhibita moderatione inculpatae tutelæ, de expensis heredibus non tenetur: c) nec in pœnam fractæ pacis incurrit: d) nec donatarius etiam, interficiens donatorem re donata privatur. e)

a) Et is ex intentione provocati per se oritur, quoniam principaliter agit ut se, suosq; defendat, b) is est occisio alterius: dum enim se, suos, suaq; defendit, evenit aliquando, ut aggressorem interficiat. c) *arg. l. nullus. 55. ff. de R. l. c. cum ecclesia. 31. ext. de elect. & elect. proprietate. l. si merces. 25. §. culpæ. ff. locati.* d) sive pœna sit legalis sive conventionalis *Paris. consil. 164. n. 22. cõsil. 165. n. 23. lib. 4.*

B e) omni

e) omni enim culpa caret, juxta Abb. in c. 1. n. 2. ext. de homicidijs ideoq; nullam poenam meretur.

17. Repugnant defensionis: 1. Si quis alteri minanti, sine causa necessaria, sese opponit. a) 2. Si vis sine armis infertur, at armis propullatur. b) 3. Si quis cade vel vulnere alterius graviori vim repellit, qui sine cade vel vulnere leviori eam propullare potuit. c) 4. Si quis offensione cessante, alteri adhuc per vim instat. d) Transgredientem tamen moderationem inculpatæ tutelæ, non poena ordinaria, sed mitius puniri debere asserimus. e)

a) Se enim illi opponit, cui se opponere non fuit opus, & vim ipsius propullat, quam vitare potuit. b) per gl. in d. l. 1. in verbo: moderamine. C. uade vi. & text. in l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi arm. & in constit. crim. Carol. V. art. 49. requiruntur tödliche Wassen. c) quia extendit propullationem ultra offensionem. Defensor autem non habet stateram in manu, ut possit reverberare ad mensuram certam, vel se ad æquilibrium tueri, facit text. in c. ult. de homic. in 6. ideo arbitrio judicis committo, qui an quis cancellos defensionis egressus sit, arbitrabitur. d) dum arma leporina aggressor arripere incipit, animumq; recundi deponit, offensio cessat. Jul. Clar. in §. homicidium. n. 34. P. S. O. Caroli V. d. loco. e) arg. l. si adulterium. 38. §. Imperator. ff. ad L. Jul. de adult. Ira enim vix consilium admittit teste Cicerone pro Marcello, irritatiq; animi merito habetur ratio l. qui cum major. 14. §. si libertus. ff. de bon. libert. & calor dolo caret. l. 1. §. queri. ad S. C. Turpill. & hoc confirmat Aristoteles lib. 5. Ethic. c. 8. & Cicero lib. 1. Off. Du. Obrecht. d. tr. c. 12.

18. Ratio deniq; probandi defensionem necessariam, incumbit prætendenti eam. a) Probatur autem testibus, b) præsumptionibus, c) conjecturis: d) si nullo modo probetur à provocato defensio, & fateatur homicidium à se perpetratum, cum condemnandum puto. e)

a) Quia contra eum militat præsumptio l. 1. C. ad L. Corn. de sic. l. 5. C. de jurejur. P. S. O. Caroli V. art. 142. in pr. ibi: Die Nothwehr ist auff den ersten tödlichen ansechtung oder benöhtigung gegründet. b) testibus etiam domesticis, abbas pro monacho, frater pro fratre, affinis pro affine, admittitur, Guil. 1. de pace pub. 16. n. 22. c) tum demum datur locus præsumptionibus, si dubitatur & non apparet



ret quis primus fuerit aggressor. d) hæc ex genere armorum sumuntur, persona, loco & tempore, hæc omnia arbitrio iudicis committimus. vide Constit. Carol. in ord. crim. 14. Gall. 1. de pace. pub. c. 16. n. 22. e) arg. l. 1. C. ad L. Corn. de sic. ibi: qui probaverit non occidendi animo, hominem a se interemptum esse, remissa homicidij pœna text. in l. si non convitij. C. de injuriis. Vnusquisq; enim debet probare fundamenta suæ defensionis, alias multi eam pœnam evaderent, magno cum reipub. detrimento. Malitijs itaq; hominum via potius est obstruenda quam aperienda. pulchrè Fachs 1. controv. 27.

EX JURE CANONICO.

Textus c. quamvis. 2. de Pactis. in sexto.

PACTA quæ de successione tam amittendis quam acquirendis agunt, jure nostro civile planè rejiciuntur: a) Si tamen juramento nituntur, ex jure pontificio robur aliquod accipiunt. b) a) per l. cum donationis in fin. C. de transact. l. pactum quod dotali. l. fin. & ibi com. Dd. C. de pactis. l. hereditas. C. de pactis conventis. l. si quando. §. 1. C. de in offic. testam. l. pactum. C. de collationib. l. cum duob. §. idem respondit. ff. pro socio. l. fin. ff. de suis & legit. l. ex eo instrumento. C. de inutil. stipul. b) c. quamvis. 2. de pactis. in 6. c. si verò. 8. c. cum contingat. 28. Ext. de jureiur. Vinculum enim juramenti est tam arctissimum, & eius violatio, non tantum fidem humanam, quam fallere grave est: l. 1. ff. de const. pec. l. 1. ff. de pact. l. 20. C. de transact. l. 11. pr. ff. de act. empti; sed etiam deo datam, quod est gravissimum c. de homine. 7. in fin. Ext. de celebr. missis, concernit.

2. Dummodò tale juramentum nec vi, a) nec dolo, b) sit extortum. Hinc filix renuncianti, propter læsionem enormissimam succurrendum negamus. c)

a) d. c. quamvis. c. si verò. vers. duximus. Ext. de jureiur. c. 15. q. 1. & q. 6. c. auctoritatem. c. 22. q. 4. c. 22. fin. quia nullo modo ad opprobrium coactæ voluntatis trahitur, quod illicita conditio necessitatis extorsit. Et quamvis vi coactus juramentum præstet, & juri suo nolens volens renunciaret, non tenetur: quia non juravit ut
B 2 peiera. et,

peieraret, sed ut periculum mortis evitaret, ideoque juramentum ei remittitur l. 21. ff. quod metus causa. b) c. quanto personam. 18. de jureiur. notat Myns. 5. Observ. 59. Gail. 2. Obs. 147. c) quia non per alterius dolum læsionem sensit, per c. juvenis. Ext. de sponsal. c. unic. ex parte. Ext. de scrut. in ord. fac. nec inter maiores & minores distingui- mus: quia in spiritualibus non curatur minorennitas c. si annum. in pr. de jud. in sexto. Iason in Auth. Sacramenta puberum. n. 3. Gail. 2. Obs. 108. n. 4. sed pubes tam de jure Civili quam Canonico juramento firmiter adstringitur l. fin. §. in eum. de liberali causa. c. 1. & ibi gl. Ext. de delict. puerorum c. parvuli. cum seq. 22. q. 5. c. ex literis. 10. Ext. de spons.

3. Deinde renunciare potest is demum qui sanà mente præditus est. a) Ideo nec furiosi, & mente capti, b) nec prodigi, c) nec impuberes, d) nec ebrii, e) recte renunciant: Iudæi verò, f) surdi quoque & muti, g) ad renunciationem admittuntur.

a) Linguam enim ream non nisi mens rea facit. c. homines falsum. 3. c. 22. q. 2. & c. si quandoque in fin. c. 15. q. 6. b) quoniam integra mente non sunt præditi, ideoque nec velle creduntur. l. in negotijs. 5. ff. de R. l. furiosi. 40. ff. eodem. §. præterea. Inst. quib. non est permissum facere testam. Si verò ante furorem renunciavit, tenetur: per l. 8. ff. de sponsal. l. in ambiguis 85. §. non est novum. ff. de R. l. quia quod semel benè constitutum est durat, licet calus extiterit, à quo incipere non potuerit. c) per l. is cui. 6. ff. de V. O. arg. l. 1. ff. de curat. fur. d) per §. pupillus. Inst. de inutil. stipul. d. §. præterea. Inst. quib. non est permissum facere test. l. qui jurasse. 26. ff. de jureiurando. l. 12. ad L. Corn. de sic. quoniam iudicium eorum furioso æquiparatur, e) per c. sane. c. 15. q. 1. c. luxuriosa. c. venter. & seq. dist. 35. quia cum ebrietate animus ac mentis status evertitur. f) Divus Paulus ad Hebræos c. 6. vers. 16. c. non est contra. c. ita ego. c. tu malum: c. si peccatum. c. 22. q. 1. Innocent. & Panorm. in c. etsi Christus. n. 14. Ext. de jureiurando. c. quamvis. 15. c. 22. q. 1. In Camera etiam Imperiali Iudæi ad juramentum suppletorium admittuntur ut tradit Myns. obs. 6. c. 5. Forma quoque certa ipsis est præscripta in Ord. Camer. Imp. pag. 1. t. 86. g) non intelligimus de ijs qui naturà surdi & muti sunt, quia hi renunciare nequeunt propter defectum instrumentorum, ad hunc actum necessariorum: sed de ijs quibus fortuito talis casus accidit, puta propter morbum aliquem

quem gravissimum, qui quoniam adhuc scribere & legere poterunt, renunciare non prohibentur.

4. Patri renunciatio fieri debet: a) Si filia nunc patri pactum, non adhibito iuramento, renunciando fecit, non ad simplicem renunciationem, sed juratam obstringitur. b) Et filia, quæ de renunciando cum patre paciscitur, patre, antequam renunciatio fieret, è vivis sublato, fratribus ex illo pacto obligatur. c)

a) Vel ei cui interest, renunciationem fieri: de eorum namque hereditate actus renunciationis suscipitur, b) facit *l. si heres in pr. de act. empt.* Nam verba contrahentium ita sunt accipienda ut aliquid operentur: *l. quoties in actionib. 12. l. ubi 21. ff. de reb. dubiis. l. 1. vers. hæc autem: quod quisque juris l. 5. §. docere. ne quis eum qui in jus vocatus.* Et disponens, de omnibus quæ ad validitatem necessaria sunt, ne actus reddatur elusorius, sensisse videtur. *l. ad rem mobilem. 56. l. ad legatum. 62. ff. de procurat. l. illud. 77. de acquirenda hereditate.* c) *arg. l. 2. C. de pactis, inter empt. & vend.* Continet enim commodum pecuniarium & propter hoc natura sui in heredes transit *l. ex contractibus. 49. l. in honorariis. 35. de O. & A. l. veteres. & l. fin. C. de contrah. & committenda stipulat.*

5. Si statuto aliquo cautum est, nullum contractum filia, absque consensu parentis permissum esse, renunciationem parens à filia recipere nequit. a) Renunciatio autem de patris successione, hoc nesciente vel non consentiente patre, à sorore fratribus facta valida est. b)

a) per *l. Granius. 71. l. si quis pro eo. 56. §. 1. ff. de fideiuss.* Humanarum enim rerum effectus constat principaliter ex duobus, potestate nimirum & voluntate, quorum alterum si deest, nihil efficitur per *l. cum super Abbatia. ex l. 1. de off. deleg. l. omne verbum. C. com. de leg. facit l. à qua etate. 5. ff. qui testam. fac. possunt. l. non omnis. 19. ff. si certum petatur.* c) fratres namque publicæ consulunt salutem dum familiam illustrare cogitant, ob cuius favorem multa in iure contra normam huius recepta sunt. *l. utilitas. 3. C. de primipilo. l. ita vulneratus. 51. §. 2. vers. multa autem. ff. ad L. Aquil. l. unic. §. 14. C. de caducis toll. c. Abbate. §. fin. de sent. & re jud. in sexto.*

6. Filia dotata patri renuncians, matri & eius hereditati non

B 3 renun-

renunciasset præsumitur. a) Et filia quæ fratribus expressè, donec masculus supervixerit, renunciavit, his solas filias relinquentibus, ad eorum hereditates regressum habet; b) filia etiam amitæ renuncianti, in portione quam fratribus celsit, impedimento esse nequit. c)

a) per d. c. *quamvis. in verbo. pactum patri factum*, non ideo etiam à maternis excluditur, sed portionem suam legitimam retinet, nisi etiam expressè matri renunciaverit. b) Cessante enim causa impedimenti & exclusionis ipsa exclusio cessat, & impedimentū. arg. l. fin. §. ait lex. ff. de divortiis. l. ubi. lex. 24. §. 1. ff. 1. ff. de v. s. cap. l. generaliter. de Episcop. & cler. Idq; fit vi reservationis interpositæ. Reservatio namq; jus reservanti conservat. l. etsi quis. 14. §. pleriq; 3. ff. de relig. & sumpt. fun. l. 4. §. 1. ff. quib. modis pignus. l. penult. de aqua quot. & aestiu. l. si fideiusor. 7. pr. ff. quis satisfacere coguntur. l. fin. §. item si prædixerit. ff. de naut. caup. l. non solum. 8. §. si cum. ff. de nori operis nunciat. c. cum M. Ferrariensis. 9. Ext. de constitut. c. nihil prodest. 2. Ext. de præscript. c) ratione dispositionis cessante ipsa etiam dispositio corrumpitur. c. cum cessante. 60. Ext. de appell. c. etsi Christus. in fin. Ext. de jureiur.

17. Soror, si adhuc pluribus fratribus relictis, cum regressus reservatione, in infinitum renunciaverit, & linea unius fratris, non in gradu primo, sed tertio vel quarto cessaverit, portio illa, quæ ex renunciatione sororis fratri huic debebatur, reliquis fratribus acquiritur: a) Ast filia, cum regressus reservatione renunciavit, & ante masculos decedens, reservatum sibi jus ad suos heredes transmittit. b)

a) ex l. quoties. C. de donationibus quæ sub modo. In Dispositione enim quæ duas qualitates requirit, utrasq; intercedere opus est. l. si is qui ducenta. §. ita. cum seq. & ibi. Bart. ff. de reb. cred. Et licet hoc nostro casu expressum non appareat, voluntas tamen potius quam verba in conventionibus spectantur. per l. in conventionibus. de v. s. Et verborum intellectus à mente sumitur, non ab eorum formulis. l. 3. & ita Iason. C. de lib. præter. c. intelligentia. Ext. de v. s. facit. l. heredes mei. §. cum ita. ad S. C. Trebell. b) quia secundum Mynsing. in resp. 79. n. 12. cum seqq. jus filiaë hac in parte non penitus est extinctum, sed dum agnatio floret, dormit, & in suspenso est: quod

quod ad transmissionem sufficit. per l. si quis filiumfam. 7. §. 1. & l. illud. 77. §. fin. de acqui. hered. Filia enim successioneis jus sibi reservando, etiam si pacta est conditionaliter, non tamen minus sibi quam suis prospexisse censetur.

8. Fratres tamen portionem, quam soror sibi in defectum masculorum reservavit, alienare non prohibentur: a) ut autem sorores securae esse queant, cautioni sufficienti sibi prospicere poterunt. b)

a) Quia filia per renunciationem omne jus in fratres transtulit, & eos interim, donec de eventu conditionis constet, pleno jure dominos constituit, ideoque ex juris ratione alienandi potestatem habent. per l. in re mandata. C. mandati, in pr. Inst. quibus alienare licet vel non. b) l. si mandato 59. §. fin. ff. mandati. l. 4. §. si sub conditione. ff. de fideicom. libert. gl. in c. ad nostrum. Ext. de jurejur. & in c. fin. Ext. de pignorb.

9. Futurae vero successioneis renunciatio, naturalibus liberis non prodest: a) Legitimatis, b) & Adrogatis, c) prodest.

a) Quoniam naturales appellatione filiorum non continentur, l. generaliter. §. cum autem. ubi Bald. & comm. Dd. C. de instit. & substit. nec jus consanguinitatis & cognationis habent, l. si spurius. 4. ff. unde cogn. sed matris solam cognationem sequuntur, l. cum legitima. 19. ff. de statu hominum. b) per §. sit igitur licentia. §. si quis sine. Nov. quibus modis naturales efficiantur legit. ibi: vult Imperator, ut nihil à legitime natis differre debeant, universaliter igitur accipiendum erit per l. fin. ff. de lib. & posth. l. si is qui ducenta. §. utrum. ff. de reb. dubiis c. Deus omnipotens. a qua facit. §. si autem. Inst. de hered. que ab intestato. l. Div. C. de naturalib. liberis. c) per l. qui in adopt. 23. l. si is qui. 44. ff. de adopt. l. cum in adoptis. §. sed ne articulum. vers. & ideo Jancinus. ubi à contrario sensu C. eodem. l. si qua mihi. §. 4. ff. de ritu nupt.

10. Et si filia tam paternae quam maternae successioneis renunciaverit; ad bona tamen illa, quae pater aut mater, propter secundas nuptias liberis matrimonij primi reservare cogitur, regressum habet a)

a) Quia à successione ista bonorum obventio differt. Haec enim liberis debetur ratione sanguinis. l. scripta. 7. ff. unde liber. l. non nisi. 15. ff. de inoff. testam. l. cum ratio. 7. ff. de bonis damnat. illa vero in pecuniam parentum,

220
parentum, l. 1. C. de secundis nuptiis. §. si verò spectat. §. nec illud. Nov. de
nuptiis. Et fieri non potest, ut sub renunciatione successionis com-
prehendatur: quia una & eadem ad diversa extendi nequit. l. fin.
ff. de calum. l. si adrogator. 22. §. 1. ff. de adopt. l. Rutila. 69. §. in lege. ff. de
contrah. empt. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de V. O. l. Papinianus. 20.
ff. de minorib. c. inter corporalia. 2. Ext. de transl. Episc. Et interposita
renunciatio causam tantummodo de præfenti, non de futuro, re-
spicit. l. qui Romæ. 122. §. duo fratres. ff. de V. O. l. post emancipationem.
§. 1. ff. de liber. legat.

21. Si filia gratis nullâ dote etiã acceptâ, in favorem fratrum
juramento bonis renunciaverit, defuncto patre, à successione
nihilominus arcetur: a) non item à bonis feudalibus. b)

a) Quia quod semel placuit amplius displicere nequit, nec
animum vel consilia in alterius detrimentum mutare conceditur,
per l. nemo potest. ff. de R. I. Fach. lib. 3. c. 24. b) Gail. lib. 2. Obs. 154. n. 2.
quoniam non jure sanguinis, sed ex pacto primi acquirentis, &
voluntate concedentis, providentiãq; legis, acquisita sunt feuda,
ideoq; ab allodialibus separantur. c. in generali. tit. si de feud. defunct.
c. fin. de invest. de re alien. facta.

12. De juramento ordo postulat inquirere: Ad juramentum
itaq; non necessariò verba requiruntur: a) verum autem & cor-
porale juramentum, non promissionem sub fide, ab omnibus
exigimus. b)

a) per c. si quid invenisti. 14. q. 5. c. erubescant. 32. dist. b) arg. c. omne.
c. 22. q. 1. quia futuræ successionis renunciatio nullam vim obtinet,
nisi juramento confirmetur, d. c. quamvis. 2. de Pactis. in sexto. c. si verò. 8.
c. cum contingat. 28. Ext. de jureiur. Et forma hæc à lege est definita,
nulliq; eam mutare permittitur, l. testandi. 13. C. de testam. Quia enim
à jure ob publicum bonum introducta sunt, ijs renunciare non
licet, l. jus publicum. ff. de pactis. l. nemo potest. 55. ff. de legat. 1. Cum ergo.
d. c. quamvis formam à juramento recipiat, id intermitteri non po-
terit. Præterea foeminarum judicium est fragile & infirmum. c. forus.
in fin. Ext. de V. S. l. si pater. 4. C. de sponsalib. l. quisquis. §. ad filias. C. ad
L. Iul. Maj. quapropter corporale juramentum imprimis necessa-
rium est.

13. Si

13. Si verò renunciatio cassanda venit propter vim ac dolum, an à juramento petenda sit absolutio quæritur? Distinguo. a)
 a) Aut sine peccato servari nequit quod promissum est, puta, quod sit contra bonos mores, aut æquitatem naturalem: aut sine peccato servari potest, puta, cū quis vi aut metu dolove coactus sit. Priori casu absolutionem petere non est necesse, per *c. in malis. 22. q. 4. c. si verò. c. cum contingat. Ext. de jurejur. facit l. Q. Mutius. in fin. ff. de annuis legat. Gail. 2. Obs. 42. n. 4.* ideo illiciti juramenti transgressor multò melior quàm servator esse dicitur. *c. ubi periculum. §. cæterum. in fin. de elect. in sexto. Myns resp. 49 n. 3.* Posteriori casu absolutionem petere debet. *c. 1. c. si verò. c. verum. c. debitores. ubi Canonistæ: Ext. de jurejur. c. significanti. Ext. de pignoribus.* Duplex enim ibi est vitium: defectus consensus; qui per vim, dolum, metumve excluditur. *l. 1. ff. de dolo. l. tres fratres. ff. de pactis. l. si soror. C. de collationib. et prohibitio legis, quòd pactum hoc à jure civili non adprobatur. per l. pactum quod dotali. C. de collat. & aliis similib.*

14. Colophonis loco quæritur: an ex juramento tali promissorio oriatur obligatio & actio? Negantibus adstipulor. a)
 a) per *l. si quis pro eo. ff. de fidejuss.* Si enim obligatio nasceretur, fidejussor ex jurejurando teneretur, at *c. ult. de foro compet. in 6.* per censuram ecclesiasticam compellitur is qui juravit ad præstandum quòd promisit. *Fach. lib. 3. c. 12. Cuiac. in parat. C. de reb. cred.*

EX JURE FEUDALI.

Textus §. filia. tit. 8. lib. 1. Feud.

Fœminæ, a) cum filiis suis, b) etiam bellicosæ, c) à feudo conditionato, d) Empto, e) Ligio, f) Franco, g) arcentur. h)
 a) arg. *c. 1. de succ. frat. §. hoc autem notandum. de his qui feuda dare possunt. c. unic. §. filia verò. 1. F. 8. & 1. F. 24. 2. F. 50. in verbo: filius patri succedit & non filia. 2. F. 36. §. quin etiam. 1. F. 6. vers. non enim patet. 2. F. 17. Rosen. c. 7. concl. 31. Vult. lib. 1. c. 9. n. 27.* b) destructo enim antecedente, & consequens destruitur, nemòq; plus juris in alium transfert quàm ipse habet. *l. 58. & 59. ff. de R. I.* c) exempla namq; rariora regulam non vitiant. Leges enim de his loquuntur quæ ut plurimum

C mum

150
mum fiunt, non quæ raro. l. jura constitui. 3. cum tribus seqq. ff. de ll. l. 3. ff. si pars heredit. pet. d) arg. c. 1. in fin. 2. F. 23. Borchold. de feud. c. 7. n. 68. Rosenthal. c. 7. conclus. 33. n. 11. Vult. c. 7. n. 33. e) nisi nominatim in investitura dictum sit, eos succedere debere. §. hic autem notandum. de his qui feuda dare possunt. c. 1. §. ult. de succ. feud. Iacob. de S. Georg. in verb. Et foeminis. n. 6. Fach. 7. c. 37. Rosenthal. c. 7. concl. 34. Mynf. cent. 5. obs. 73. n. 4. Vult. c. 9. n. 44. f) sc: in quo, vasallus contra omnes, nullo excepto, fidelitatem & servitia promittit, daß sich der Lechman wil gebrauchen lassen wider meñiglich, niemand außgeschlossen. 2. F. vers. rursus non est silentio. 99. Rosenth. c. 2. concl. 4. Vult. c. 9. n. 43. g) per §. hoc autem. qui feuda dare possunt. Iacob. de S. Georg. in verb. Et foeminis. n. 5. Fachin. lib. 7. cont. 39. Borchold. de feud. c. 7. n. 68. h) propter imbecillitatem, fragilitatemq; tam corporis quam animi: hancq; satis attingunt Imperator Arcadius & Honorius. in l. quisquis 5. §. ad filias. 3. C. ad L. Iul. Maj. et propter honestatem & verecundiam naturalem, harum rerum ratio sapissimè in jure civili & Canonico habetur. l. 1. ff. de pactis. l. 1. ff. de senat. l. 21. C. de procurat. l. 5. C. de adopt. l. penult. ff. de contrah. vel comitt. stipul. l. 12. ff. de judiciis. l. 1. l. 6. ff. ad S. C. Velleianum. c. forus. Ext. de V. S. l. fin. C. de arbitris. c. dilecti. Ext. eodem. et propter servitia militaria, consilij fragilitatem, & secreti occultandi difficultatem & omnium rerum inconstantiam. Bal. in l. quoties. 7. C. de suis & legitimis heredib. Rosenth. c. 7. concl. 31. n. 2.

2. Exceptiones tamen duæ sunt generales: a) Primò namq; succedunt in feudo foemineo, b) merè hereditario, c) item si a domino redemerit, ad quem fuerit revertum, d) et si dominus, propter beneficia patris, ipsi dare voluerit. e)

a) Succedere enim possunt aut propter qualitatem feudi, aut ob pactum & investituram. 2. F. de foemi. feud. 30. 2. F. de natura succ. feud. in pr. 50. §. filia. 1. F. 8. b) vulgò Buntzel oder Weiber lehen appellantur. c. unic. §. filia verò. de succ. feud. 1. Feud. 8. 2. F. 30. quando per mulierem est quæsitæ, & ab eo suam trahit originem. Ex solo verò pacto domini foeminas feudum accipere negamus. per text. 2. F. 50 & 70. Iacobin. de S. Georg. in verbo. Et foeminis. n. 3. Vult. c. 9. n. 40. Rosenth. c. 7. concl. 35. sed investitura & successione. 2. F. 30. & 2. F. 114 c) id est im rechten Erblehen für Erben vnd Erb nehmen. quia feudum.

dum tale absolutè est hereditarium, tam quoad successores, quam ad succedendi qualitatem. per c. unic. de duob. fratrib. à capit. 2. F. 18. Gall. 2. Obs. 134. in fin. Rosenth. c. 2. concl. 35. 36. 37. Fach. 7. cont. 6. d) per c. unic. quemadmodum feuda ad filium pert. 1. F. 24. c. unic. in pr. 2. F. 15. Vult. c. 9. n. 46. sed hoc improprie, fit nō jure successione, sed pacto & investitura: ut clarè text. 1. F. 24. docet. e) de feudo novo non dubitatur, propter textum in c. unic. quemadmodū ad filium pertin. 1. F. 24. & l. 21. C. mandati: in feudo verò antiquo non nisi consensu agnatorum. per c. de alien. feu. pater. 2. F. 39. l. 4. §. 1. quib. modis pignus vel hypotheca.

3. Deinde si pro uno individuo feudum est quæsitum, descendentes non succedunt: a) pro filiabus si concepta est indefinitè investitura, descendentes etiam continentur: b) per statutum etiam, c) & consuetudinem, d) feuda ipsis conceduntur.

a) Nisi novus accedat consensus & investitura. Pactum enim hoc personam non egreditur. l. si unus. 27. §. 4. fin. & l. qui in futurum. §. si ex altera. ff. de pactis. Vult. c. 9. n. 47. Iacobin. de S. Georg. in verb. Et foeminis. n. 2. b) id est, für die Töchter vnd Töchter Töchter. Casus ipse non jure feudali deciditur: ad jus civile igitur recurrendū est, secundum doctrinam Oberti. 2. F. 1. Legibus verò cautum est, ut is qui providet filijs, nepotibus etiam prospexisse censeatur. l. generaliter sancimus 6. C. de instit. & substit. l. cum acutissimi. 30. C. de fideicom. l. Lucius. 85. in fin. ff. de hered. substit. Eleganter Dn. Obrecht. in disp. feud. th. 136. per l. Labeo scripsit 21. l. cum in legem. 33. & seqq. ff. de contrah. empt. l. veterib. 39. ff. de pactis. c) id manifestissimè apparet per notata in l. omnes populi. ff. de just. & jure. d) modò in feudo probata & legitimè introducta sit. c. unic. §. hoc quoq; sciendum. de his qui feuda dare possunt. c. 1. an marit. succ. uxor. in benef. 1. F. 15. c. 1. de fil. natura matr. ad morganat. contr. 2. F. 32. c. 1. quæ fuit princip. causa benef. amitt. 2. F. 9. Huc pertinent feuda illa à curvo baculo dicta, die Brumbstäbische oder vom Krümen Stad herrührende Lehen: quæ cum consuetudine cuiusq; loci acquirantur, in ijs foeminas etiam succedere posse, dicendum erit: per omnium in ore ratum pro verbium: Die Brumbstäbe schliesse niemand auß: quoniam ecclesia a Deo defensa, armis non opus habet, sed jejunia & lacrymæ arma sunt ecclesiæ, quæ magis foeminis quam masculis competunt. Rosenth. c. 7. concl. 31. n. 6. & 7.

C 2 4. Hæc

4. Hæc omnia masculis deficientibus locum habent: a) Si verò feudum pro masculis & foeminis, b) aut heredibus utriusq; sexus, c) datum sit, vel si foemina gradu proximior, d) relicto masculo, foeminae excluduntur. Si datum ut æqualiter succedant, à successione non arcentur. e)

a) text. in c. 1. §. quin etiam. Episc. & Abb. 1. F. 6. c. 1. §. similiter. de capit. qui curiam vend. 2. F. 51. c. 1. §. fin. de succ. feud. c. 1. de eo qui sibi vel hered. suis. 2. F. 17. b) per allegata ad litt. præced. Etsi Hottomannus in §. quin etiam. tit. 17. lib. 2. de eo qui sibi vel hered. rationes ex jure civili proferat, quibus probare conatur, opinionem hanc contra juris civilis regulam introductam esse: nos dicimus legum Romanarum quidem non vilem esse auctoritatem: sed non adeo vim suam extendere, ut ratione vincant aut mores. Vocabulum namq; ET non verba sed sensum copulat. Dn. Obrecht. disp. d. th. 151. Rosenth. c. 74. concl. 40. n. 6. Vult. c. 9. n. 49. Myns. cent. 5. Obs. 74. n. 3. c) idem de verbo VTRIVSQ; SEXVS: quia ad successione alicuius rei collectivè vocati, æquò ordinatè veniunt, atq; illi qui copulativè fuerint conjuncti. per l. cum ita. 32. §. fieri. & l. peto. 69. §. patris. 3. ff. de legat. 2. Rosenth. c. 7. concl. 40. n. 14. Fach. 7. contro. 42. d) per l. 1. §. similiter. de capit. qui curiam vend. 2. F. 51. Fach. 7. cont. 44. e) id est, wann den Töchter mit den Söhnen zugleich ein Leben gegeben wird. per text. in ca. extraord. apud Cuiac. 4. F. 104. quia contrahentes ne unicam syllabam otiosam posuisse præsumuntur. gl. in l. 1. quod metus causa. text. in l. fin. C. de donationibus. l. amplioem. §. in refutationis. C. de appell. Rosenth. c. 74. concl. 40.

5. An autem foemina semel à successione feudi exclusa, perpetuo maneat exclusa, vehementer controvertitur: Nos id nec simpliciter affirmandum, vel absolutè negandum, sed videndum esse, putamus, quid actum sit. a)

a) Ex facto enim jus oritur, sive in causa inest positum. l. si ex plagis. 52. §. 2. ff. ad L. Aquil. & ex re constituendum est quid juris sit. l. 1. §. divus. 3. ff. ad L. Corn. de sic. Quod si igitur quis eo tenore feudum acceperit, ut eius descendentes masculi & foeminae illud habere possint: relicto masculo foeminae ulterius non admittuntur. l. F. 6. §. 1. Si verò quis sibi vel suis heredibus masculis, vel his deficientibus, foeminis, per beneficium investituram feudi accepit:

Tura

Tum non patet locus foeminis in feudi successione, donec masculus superest ex eo qui primus de hoc feudo fuerit investitus. l. F. 17. 6. Foemina vero semel admissa, perpetuo admissa censetur: a) & licet foeminae non succedant, a meliorationibus tamen, b) & pecunia, ex feudo quaesita, c) repelli nequeunt.

a) arg. l. id quod nostrum. 11. ff. de R. l. Clar. in §. feudum. q. 80. Fach. lib. 7. cont. 41. Vult. c. 9. n. 39. vers. quod autem si foemina. Rosenth. concl. 47. c. 7. n. 46. b) nemo enim cum alterius damno locupletari debet: quia jure naturae iniquum est. l. nam sed natura. 14. ff. de condict. indeb. & l. 206. ff. de R. l. cum simil. neminiq; officium suum debet esse damnosum. l. 7. ff. testam. quomodo aperiantur. l. 61. §. quod vero. ff. de furtis. & nemo suum jactare praesumitur. l. 4. ff. de probationib. l. 7. ff. de donat. l. 28. §. filius. ff. de pactis. Vulteius c. 9. n. 56. Dn. Gothofred. ad lit. 28. lib. 2. feud. hic finitur lex. Secus jure Saxonico observari tradit Schrad. p. 7. c. 3. n. 8. aedificia nimirum in feudo aedificata ad dominum reverti, pert. art. 21. Landrecht. lib. 2. c) quia non censetur jure feudi. arg. c. 1. §. sciendum. de feud. cognit. 2. F. 1.

7. Praeterea in fructibus, a tutoribus ex impuberis fratris feudo collectis, soror cum fratre non succedit: a) ad legitimam etiam non aliter, nisi feudum merè sit hereditarium, aut foemina simul succedat cum masculo, admittitur.

a) Feuda namq; regulariter ad filias non pertinent: Ergo nec ususfructus feudi, quod post patris obitum frater consecutus est: quia cuius est feudum, eiusdem etiam est utilitas feudi: per regulam generalem; Accessorium sequitur suum principale. c. accessorium. 42. de R. l. in sexto. c. unio. §. fin. in quib. cau. feu. amitt. 2. F. 23. late. Myns. 6. Obs. ult. b) quia ei qui non ab intestato succedit, legitima non debetur. l. posthumus. §. si quis. ff. de inoff. testam. l. cum quaeritur. l. parentur. c. eodem. Impossibile igitur erit, eius quod non est, partem aut quartam deberi. arg. l. si quis cum totum. 7. ff. de except. rei jud. Fach. 7. cont. 46. Rosenth. c. 7. concl. 13. n. 31. & 32. Vult. c. 9. n. 116. Gail. 2. Obs. 154. n. 15.

8. Eiusdem conditionis sunt & clerici, a) monachi: b) qui licet per substitutum servire velint, c) non tamen admittuntur: Poenitentia tamen ductos, & vitam clericalem deserentes, d) vel certum ordinem habentes, e) vel servitia singularia sustinentes, f) excipimus.

a) *c. an mutus vel alius imperf. 2. F. 36.* propter juris feudalis rationem: quod qui factus est miles Christi, desinat esse miles seculi: & quod ineptus ad officium, beneficio indignus esse censeatur. *c. 1. de vasall. milit. qui arm. bell. depo. 2. F. 21. c. 1. in fin. c. 4. ne cler. vel monach. secul. c. 1. §. ex hoc. de feud. foem. 2. F. 30. c. qui clericus. si de feud. def. fuerit controv. 2. F. 26.* b) *vide thes. præc. alleg. Vult. c. 9. n. 67.* Huic concordat jus Saxonicum Landrecht. lib. 1. art. 25. & lib. 2. art. 22. & c. 2. Landrecht. ubi gl. das sie ihren Heerschild niedergeleget haben / durch die Pfaffheit. nullam etiam attendimus dignitatē, licet sit Episcopus vel Abbas. *per c. 1. §. ex hoc illud. 2. F. 30. Vult. c. 9. n. 67. Rosenth. c. 7. concl. 29. n. 9. & seqq.* c) propter generalitatem textuum, ne in fraudem domini aliquid fiat. *Vult. c. 9. n. 67. vers. verum quod clericus. Rosenth. c. 7. concl. 29. n. 3. Myns. cent. 5. Obs. 48. n. 8.* d) anno sci: probationis nondum finito. Pœnitentiæ namq; maturæ semper venia datur. e) quales sunt sacri ordinis milites, ut Hierosolymitani, Ordinis Teutonici, Divi Ioannis, Iacobini. *de S. Georg. in verbo: dictiq; vasalli promiserunt. n. 41. Rosenth. c. 7. concl. 30. n. 9. & seqq.* f) putaria realia ubi annuus census vel simile quid præstatur, non personalia: & talia modò sint servitia quæ honestè & decentè etiam per clericum, vel monachum, vel alium quemvis expediri possunt.

9. Tandem imperfecti, si ve tales sint animo, a) si ve corpore, b) ad successionem feudi non perveniunt: c) Casu verò fortuito, ex accidenti si tales fiant, a feudo non arcentur. d)

a) Quales sunt furiosi. *c. 1. an mutus vel surdus vel aliter imperf. 2. F. 36.* b) surdi nimirum, cæci, muti, claudi, *per c. 1. §. mutus. Episcopus vel Abbas. 1. F. 6. & d. c. 1. an mutus vel surdus. 2. F. 36.* Idem dicimus de Hermaphroditis ad foemineum sexum magis inclinantibus. *Vult. c. 9. n. 61. Iacobin. de S. Georg. in verbo Marchio. n. 15.* c) de eo intelligimus qui planè non exaudit vel loquitur; non qui tardè. *per §. item si surdus. ubi Dd. Inst. quibus non est permiss. fac. testam. & per d. c. 1. §. mutus. Episcopus vel Abbas.* d) quia aliàs propter adversam valetudinem vasallus feudo non privatur. *per §. sed nec alia. quæ fuer. pri. cau. benef. amitt. 2. F. 24. idem ergò & hoc casu statuendum. per c. fin. de prohibita feudi alienatione per Lotharium. Vult. c. 9. n. 64. Rosenth. c. 7. concl. 27.*

DEO GLORIA ET GRATIA.

AD VIRTUTE ET ERUDITIONE
PRÆSTANTISSIMUM DN. ELIAM
ZEIDLERUM RESPONDENTEM.

Nunc iterum prodit ZEIDLERVS, *suavis amicus,*
Proponens juris læmnata docta sacri.
Sicq; eius nomen, sic crescit gloria magna:
Cum pergat cursum continuare suum.
Thema est iuridicum dissolvere maxima fama,
Et Canonum nodos solvere posse graves.
Ac Feudistarum longas componere rixas,
Quarum haud postremas conciliare studet.
Sed benè non cœpisse sat est, ni finis iisdem
Consimilis: quare continuetur iter.
Gratulor ergo tibi felicem pectore toto
Successum cœptæ, ZEIDLER amice, rei.

Affinitatis et amicitiae ergo
Carolus a Kohl Zittâ Lusatus
apponebat.

Aliud.

OMne opus ob finem: sic tu, ZEIDLERE, laborem
In studijs adhibes, ut facilem efficiant
Utilitas et honos, post nubila teq; serenent:
Sic etenim MVSIS premia digna feres.
Quæ tibi ut adquiras, primis medijsq; libenter
Partibus incumbis, quæ docuisse queas.
Linqvis inexpertum nil, legum atq; ima revolvis
Assiduo studio, juraq; rite capis.
PALLADII insequeris cur fortia praelia belli,
Astræ atq; vocas agmina in arma palam?
Scilicet expertus, valeat quantum usus in arte:
Ergo usum propter praelia tanta subis.
Perge age sis pugna princeps: hic spicula vibrat
Argumentorum, quæve tenenda tene.

Scrutari

Scrutari gemini tu perge volumina juris,
Accrescet studijs non moriturus honos.

Amicitiae et benevolentiae gratia scribebat
Pancratius Hirbein Amberga Palatinus.

Aliud.

ARbor si fructus fundit bis terve novella,
Spem non exiguam suscitatur Agricola.

Fallor? an et magnam GENERI spem suscitatur, Hosce
Bis fructus juvenis qui probat ingenij.

Bisq; Dares Buten cum fundit, sicine pugnat?
Ut vir pugnabit? plebs simul ore fremit.

Fallor? an in Themidos Victor bis terve duello
Qui surgit, tali dignior ore? ferunt.

Ac ut. Conticeo: Felix Ternarius addet
Ausum post aliud; Post quoq; Musa canet.

Quod superest, Grator: Votum conatibus istis
Ut fundo, laeta fronte capeſſe, precor.

Id amicitiae tesserae annectebat

Ioannes VVidberus Sitta Lusatus.

Aliud.

Mirum, Viator, tibi videtur forsitan,
Quod non feraris corporis gradus? theses

Inscribi de Defensione. At si bene

Legas stuporem deferes omnem, Ipsemet

Multum ~~et~~ fateberis tenere commodi

Hanc disputationem. En arridet? potes

Intrare, praebere vacuas aures prius,

Sententiam proferre tum demum tuam.

ZEIDLERE, latus in palaeſtra hac sis modo,

Rationibus, refellito Sophismata,

Firmis, feres Victoriam laude celebrem,

Nomenq; praclarum geres, celso in loco.

Allusit summæ benevolentiae & amoris ergo
Ioannes VVilhelmus Scheid, LL, Studioſus.

F I N I S.

Strapberg, Diss., 1693-22

ULB Halle

3

005 303 01X



V17







B.I.G.

Farbkarte #13

226
9

DICA

ONE
ENUN-
CLUSIO.
: Ex jure
udali,
1614, 2.

CON-
CASPA-
fessore Pan-
oro tempore,
e suo per-
lo:
atensium Aca=
buntur

Lufato.

RTINUS,

